

Stephanus primus obsecrator hierosolimitanus: de septem diaconibus primus obsecrator et mox disciplina diaconus ab apostolis electus: signa et prodigia multa ut Lucas scribit in iudeorum populo ad corroboracionem fidei christiane facere cepit. Contra quem nonnulli iudeorum insurrexerunt: sed nequaquam sapientie et spiritui eius disputando resistere nequiverunt: eo quod intuentes vultum eius: vultus angeli apparuit inter illos: quorum errores cum confutasset indignati iudei ipsius extra civitatem eicientes lapidibus peremerunt: ut expediti lapidibus impetere possent vestimenta sua deposuerunt iuxta pedes adolescentis sauli. Dumque lapidaretur genua posuit: et suspiciens in celum et videns Iesum stantem pro lapidantibus obnixè oravit: ne mortem suam illis statueret in supplicium. Is enim viva imago virtutis cum saxorum turbine quateret et saxus ille nimbus circum circa crepitaret a constantia mentis nunquam dimotus in futuram spem tota intentione profusus: magnam patientie documentum posteris allaturus. Oratione tandem completa mox obdormiuit in pace. Lapidatusque fuit eodem anno quod Christus crucifixus in mense augusti. Corpus eius venerabile inventum fuit a beato Luciano presbitero temporibus Honorij anno domini. cccc. vij. In cuius reptione Augustinus refert sex mortuos suscitatos et. lxx. homines a varijs egritudinibus liberatos. Postea translatum constantiuopolim: deinde romam et digniori loco conditum.



Philippus autem secundus diaconus cesariam veniens postquam samarie predicabat: et multis signis et virtutibus inclitus fuit. Tres filias prophetie spiritu plenas habuit. Tres quoque filie in eius sepulchro tumulate sunt. Procorus tertius diaconorum apud antiochia dei ecclesiam nup ab apostolis excitata fide et industria auxit: ubi martirio coronatus fuit. Nicano quoque quartus diaconus cum hierosolymis gratia fidei et virtute usque ad tempora Vespasiani admirandus fuisset ibi martirium pro domino suscepit. Timon quintus diaconus primum ad beroam reledit. deinde verbum domini disseminans corinthum pervenit: ubi a iudeis et grecis primo flammis iniectus: sed nihil lesus: demum cruci affixus martyrii coronam accepit. Parmenas sextus diaconus predicationis officium plena fide consummavit et tandem Traiani temporibus martyrii gloriam adeptus est.

Nicolaus vero advena septimus diaconus in fide non permansit: et nicolaitarum heresis ab eo initium sumpsit. Conuersio et vita Pauli apostoli

Paulus ihesu christi dignissimus apostolus electionis vas ex tribu beniamin fuit: ex oppido iudee quod giscalis noiaf quod cum a romanis captus a puero fuisset cum parentibus suis tharsus cilicie urbem (ubi eius pater civitate romana donatus est) commigravit. Adhuc siquidem tunc romanorum fuit cum monarchia totius mundi conquiret: ut gentes que cum pace et coronis romanis occurrerent: romane civilitatis potirent eorumque fratres dicerent. Cum autem romani ciliciam cum exercitu petissent: pauli pater cum nobilioribus tharsensibus romanis cum pace occurreret. Ea ob rem consulari veste premeruit: et inter ciues romanos annumeratus fuit propter quod et paulus hic apostolus civis romanus habitus est. Cum autem christi religio per universas excreveret cepisset iudeam: adhuc adolescentulus a pontificibus templi epulas accipiens: eos qui christum verum esse deum profiterentur persequi decrevit: unde cum Stephanus perthomartiris neci interfuisset: et mox lapidatum eum vestimenta suaret: tanquam manibus omnium lapidaret Stephanus inclinatus pro eo oravit et paulum e terra erexit: quod paulo post dum damascum pergeret (ut lucas testatur) spiritu divino tactus ad fidem christi venire compulsus: vas electionis vocari premeruit. Et id omne evenit anno quod et christus passus est. Statimque vocatus christi evangelium eidem reuelatum est. Ob divinamque studia hierosolimam missus gamalieli viro doctissimo eruditionis causa commendatus. Post autem eius conversationem una cum barnaba apostolo multis urbibus paganis hierosolimam rediit cum petro iohanne et iacobo christi evangelium contulit: quod audito gentium apostolus ab eisdem declaratus est. In hispaniam predicandi gratia nauigavit: in narbona multos convertit. Reversus secundo hierosolimam secundo imperij neronis anno: a festo iudee procuratore vincens romam (ut civis romanus) mittitur: ubi biennio in libera custodia manens: cum iudeis quotidie disputabat: tandem a nerone dimissus multa predicavit et scripsit.

